

## Venditio partis in Jerzmanowicze—

Nos Albertus Iudex, et Prandota  
 Subiudex Terre Sandomiriensis Gene- 202  
 rales, protestamur declarantes tenore pre-  
 sentium quibus expedit universis. Quia  
 veniens ad nostram nostrorumque Apsopro-  
 rum presentiam Nobilis Vir Sbirzko de  
 Jerzmanowicze non compulsus, nec coactus  
 neque aliquo Dolo seductus, sed sanus men-  
 te et corpore, ac amicorum suorum sano  
 fretus consilio, factus est, et publice reco-  
 gnovit vendidisse, et in perpetuum resi-  
 gnasse totam partem hereditatis, quam  
 habuit ibidem in Jerzmanowicze pro  
 centum maris grossorum Pragensium  
 numeri Polonicalis Generosis Catharine,  
 et Pahnne sororibus uterinis, et etiam  
 uxoribus nobilium virorum, videlicet Otthonis  
 et Jacobi fratrum germanorum heredum  
 de Cliszow, et eorum veris succedaneis  
 cum omni jure et dominio, cum omnibus,  
 et singulis fructibus, utilitatibus, proven-  
 tibus, quocunque nomine, vel quibuscumque  
 censentur, aut dicantur, nihil prorsus juris  
 et domini in premissa parte heredita-  
 tis pro se, et suis affinis in eadem  
 portione reservando; sed prout prefatus  
 Sbirzko.

297.  
Sbirzko tenuit, habuit, ac possedit, eodem  
modo memoratis Dominabus, ut prefer-  
tur, vendidit, et resignavit memoratam  
portionem hereditatis. Dominabus, tenen-  
dam, habendam, vendendam, possidendam,  
et ad ipsarum usus beneplacitos libere  
convertendam. In cuius rei testimonium  
Sigilla nostra presentibus sunt appensa.  
Datum Sandomiriae in Colloquio Gene-  
rali feria tertia post Diem Sanctae  
Trinitatis, Anno Domini millesimo  
trecentesimo, nonagesimo, septimo. Pre-  
sentibus his testibus Nobilibus, Veneran-  
dilibus, et Dominis, Christiano Castellano,  
Spitkone Subprinceps Sandomiriensis,  
Raphaële Warsio de Machow, Joanne de  
Liganow, Vitone de Pochow, et aliis quam  
plurimis fide dignis. ~.